2834

opr. R. Jahoda 1934

Historia Synodorum in Polonia Lenciciensis 1512.

Lms.

Decreta et Constitutiones Synodi provincialis Lenicicz a. 1512 celebratae.

2834

N. Inw. 2834

996

Ex indice libri Retaxationis Beneficiorum
Ecclesiae Cracovien. hic ex certis racionibus
adnotatum. Anno 1566. Die 20. octobris.

IN illo tempore. Extollens vocem quaedam mu-
lier de turba, dixit ei, beatus venter qui te por-
tauit, et vbera quae suxisti. At ille dixit.
Quin imo beati, qui audiunt verbum Dei
& custodiunt illud.

Lucae primo capit:

Forma quietationum. ex Contributione.

Nicolaus de Bedlno Scholasticus Et Mathias Kro-
dziczki Canonicus Cracovien. Collectores Contributionis
per unum fertonem a marca argenti de anno domini
millesimo quingentesimo duodecimo, per clerum insti-
tute deputati. Recognoscimus nos a Domino . N.
de proventibus sue parrochialis ecclesie, altaris etc
ad XX marcas taxat. duas marcas recepisse.
De qua ipsum quitamus per presentes. Dat. Craco-
vie duodecima Februarii. Anno domini millesimo
quingentesimo tredecimo . Nris sub sigillis.

Decreta et constitutiones Synodi prouinc:cialis. Lencicie Anno domini 1512 celebrate.

Ecclesiæ parrochiales pauperes in diocesi prouinciæ Gnesnensis ne erroris et negligentiæ in eis de cetero essent, per eos ad quos de iure pertinet visitentur.

Præterea Statuimus quod quilibet decimam soluens, etiam antequam frumenta conducentur, cuiuscumque generis possessor amisabit eum ad quem pertinet decima vt veniat aut mittat visorem ne in huiusmodi decimatione iniuria et dampnum. et si secus factum esset. pro rapta habeat debetque dari in toto aut deductionem expensarum quorumque laboratorum. Statutumque de decimis per ordinarios contra illibertantes et impedientes obseruetur et publicetur.

Item banna circa matrimonia per omnes obseruentur Si tamen Nobiles noluerint, prout multi solent, tollerandi sunt, nihilominus talibus dicatur. si aliquod impedimentum incurrerit in eis, propter quod diuortium euenerit, proles legittima prout iure cautum est ante hac scripta erit.

Præterea intelleximus in nostra prouincia incatatores maleficia nigromantia aliasque superstitiones invaluisse.

seculares, in talibus // ~~magnam~~ negligen~~tiam~~ tes offi- [// corrigendis]
Ordinarii Itaque super hoc diligentem inquisitionem faci~~end~~ant et
cunctos publice in localis vestitos, in eorum demeritis
et ~~et~~ pileatos per aliquod tempus stare permittant,
et tandem iuxta arbitrium et delicti excessum,
in Carcerem detrudant puniendos decrevimus.

Insuper licentiosis et dissolutis clericis obviare volentes,
eorumque insolentiis, Statuimus quod quicumque
clericus praeter voluntatem plebani, aut Vices
gerend. in Civitate oppido villa hospicio. per
biduum permanserit, et monitus legittime ad
Scholas ibidem vel alibi non iverit tanquam
rebellis ad officialem ordinarium vel foraneum se
peremptorie per plebanum loci aut suum vices ge-
rentem auctoritate ex hac Synodo sibi concessa, citari
poterit pro termino certo sibi assignato. Coram
huiusmodi officiale, ubi si comparuerit, per officialem
puniatur pena condigna pro excessu. et si
qualitas delicti vel scandali requirit, etiam
corporali pena afficiatur. Si vero non compa-
ruerit, extunc officialis executione visa legittima,
excommunicabit talem pro contumacia.

V B J C

II